

THEORICÆ NO²⁶

VÆ PLANETARVM

GEORGII PURBACHII

foeliciter incipiunt.

DE SOLE.

PRIMA PARS DE

SCRIBIT ORBES ET

horum centra.



SOL HABET TRES
orbis à se inuicem omni-
quaque diuisos atque sibi
contiguos. Quorum su-
premus secundum superfici-
em conuexam est mundo concentricus,
secundum concavam autem eccentri-
cus. Infimus vero secundum conca-
uam concentricus, sed secundum con-
uexam eccentricus. Tertius autem in
horum medio locatus tam secundum su-
perficiem suam conuexam, quàm conca-
uam est mundo eccentricus. Dicitur
autem mundo concentricus orbis, cuius
centrum est centrum mundi. Eccentri-
cus vero cuius centrum est aliud à centro
mundi.

D ij

Duo